

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Conuersacio ac  
cum fonte primo

In conuictu siue comestione  
disciplina honeste conuersacionis attenditur,  
scilicet in seipso et in suo cibo.  
In seipso tripliciter:  
scilicet in disciplina tacendi, uidendi,  
sese continendi,

ut scilicet linguam suam a loquacitate restringat,  
oculos suos a circumspectione cohibeat,  
et ut cetera membra omnia  
cum modestia et quiete contineat.

Hugo ibidem (de disciplina monachorum).

In mensa est duplex custodia disciplinae.  
Ibi enim debet homo servare disciplinam  
in habitu suo, et disciplinam in cibo suo.  
Disciplinam in habitu, tribus modis,  
in disciplina tacendi, in disciplina uidendi,  
in disciplina continendi sese.

Hugo de sancto Victore, *De institutione*  
*nouitiorum*, 18 (PL 176, col.949A-B).

His igitur tribus modis debet  
quisque inter epulas conservare  
disciplinam in semetipso, videlicet  
ut et linguam suam a loquacitate restringat,  
et oculos suos a circumspectione cohibeat,  
et ut caetera membra omnia  
cum modestia et quiete contineat.

Hugo de sancto Victore, *De institutione*  
*nouitiorum*, 18 (PL 176, col.949D).